



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Antoninvs Ep. 2. Maij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

*Sicut fructus non invenitur in arbore, in qua flos prius non apparuit, sic in senectute honorem legitimum consequi non poterit, qui in adolescentia disciplina aliujus exercitatione non laboravit. S. Cypr. de 12. Abul.*

S. ANTONINVS EP. 2. Maij,

ANTONINVS Florentinorum Præsul, ad CHRISTI in cruce imaginem sublimis rapus, mellicissimis vulnerum osculis aliquandiu inhæsit. Atque ex his illum uberibus hausisse amorem crede, quem in omnes postea pauperes dispensavit, tum ratus præclare se rem administrasse domesticam, si dominec supplex, nec penus esset. Viderat ædibus Calites insidere; ingressus cum duas ingenuas, sed pauperes virgines operi cum matre intentas reperisset, liberali manu paupertatem sublevavit. Verum cum illæ se luxui deinceps dedissent, pulsisque è tecto bonis geniis mali successissent, ut meliores iterum hospites in ædes immigrarent, emigrare otium iussit. Illud jucundum dictu. Rusticellus canistrum pomis onustum Divo donarat. Hic gratias habuit. At cum ille referri sibi maluisset, ANTONINVS pomis in unam lancem, solennibus uerò illis & in chartâ descriptis verbis, *Deo gratias*, in alteram injectis, rem examini permisit; & ecce duo verba pondere suo omnia poma superarunt: ut planè decipi egenos à divitibus videamus, dum hi pro tam exigua stipe tam multum accipiunt. Obiit porro an. M. CCCC. LIX. Egrotantis verba illa feruntur: *Serviro DEO regnare est.* & illa morientis: *Sancta & immaculata Virginitas, quibus te laudibus efferam, nescio.* Imò vero ANTONINE, egregiè scivisti: Virgo moriens eã

In cælum usque extulisti. *Ex Vinc. Mainard.*

*Ne simus hic negligentes, ut non per infinita secula postmodum pœnitentiam agere cogamur, ubi nihil proderunt lacrymæ. In studiis atque laboribus gaudent Angeli atque Archangeli sicut contrà in torpore ac negligentia gaudet inimicus, S. Ephrem, tom. 1.*

## INVENTIO S. CRVCIS. 3. Maii.

**G**Audent alij crucem, quam cælum mittit, missam amittere; at amissam olim Christi crucem invenisse hodie se gaudet Helena, triumphat. Rei gestæ ordinem hîc habes. Latebat crux terris, plus odiis Iudæorum sepulta. At Helena, cum primum filius Constantinus Maxentium debellavit crucis sanctissimæ auspiciis, quò grata foret, omni ingenio viribusque eruere defossam, orbiq; adorandam proponere contendit; tunc demum credens thesaurum se reperturam, si crucem. Ita locus à superstitione primum purgatur; & infame Veneris stabulum statuaque deijcitur: mox humus altè egeritur, tandem tergeminae cruces parent, & ponè titulus crucis refixus. In ipsissimas auri venas offendisse Helenam credidisses, Minuebat tamen letitiam publicam illud, quòd quænam ex tribus Servatoris crux foret, sic nondum constaret. Sed opportunum consilium Macarius urbis Episcopus suggestit, iussitque ordine singulas morientis fortè tunc mulieri imponi. Pergebat illa ad primæ contactum mori, itemque ad secundæ, ad tertæ denique incolumis revixit. Huic Helena templum struere dignum magnificentia suâ, crucemque, hoc est aurum, argento includere, partem quoque unâ cum auctario (clavis eiusdem)

ad